DECRETUM

Fer. II. Die 10. Septembris MDCCCXXVII.

Sacra Congregatio Eminentiſsimorum, ac Reverendiſsimorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA DUODECIMO, *sanctaque Sede Apostolica Indici Librorum pravae Doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permiſsioni in Universa Christiana Republica Praepositorum, et Delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano, damnavit, et damnat, proscripsit, proscribitque, vel alias damnata, atque proscripta in Indicem Librorum prohibitorum referri mandavit, et mandat Opera, quae sequuntur:*

Dictionnaire critique des reliques, et des images miraculeuses par I. A. S. Collin de Plancy, *et coetera ejusdem Opera omnia. Decr. 10. Septembris 1827.*

Gmeineri Xaverii epitome Historiae Ecclesiasticae novi testamenti in usum praelectionum Academicarum. *Decr. eod.*

Principj filosofici, politici, e morali del Maggior Weiss, *etiam la* Versione dal francese dell' Avvocato Camillo Ciabatta Romano con note del Traduttore. *Decr. eod.*

Controverse pacifique sur les principales questiones qui divisent, et troublent l' Eglise Gallicane . . . . . . par un membre de l'Eglise Gallicane. *Decr. eod.*

L' Etat politique, et religieux de la France devenu plus deplorable encore par l' effet du voyage de Pie VII. en ce pays . . . . . . par l' Auteur de la controverse pacifique. *Decr. eod.*

Lettre d' un Protestant a un Catholique Romain, en reponse aux sollicitations que ce dernier lui avait faites pour changer de Religion. *Decr. eod.*

Considerations sur le Celibat des Pretres par I Bonicel. *Decr. eod.*

Storia d' Inghilterra di David Hume, *quocumque indiomate atque etiam* traduzione dall' Inglese di A. Clerichetti *et coetera ejusdem Opera omnia. Decr. eod.*

Esquisse d' un Tableau historique des progres de l' esprit humain. Ouvrage postume de Condorcet. *Decr. eod.*

Introduction au nouveau Testament par Jean David Michaelis. *Decr. eod.*

Catechismo riguardante la natura della Chiesa Cristiana, ed i doveri de' suoi membri colle prove tratte dalla S. Scrittura del Rev. M. Miller. *Decr. eod.*

Storia de' Popoli d' Italia di Carlo Botta. *Donec corrigatur. Decr. 11. Junii 1827.*

Itaque nemo cujuscumque gradus, et conditionis praedicta Opera damnata, atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere, vel retinere audeat, sed Locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur, sub poenis in Indice Librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI PAPAE DUODECIMO, per me infrascriptum Secretarium relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 15. Septembris 1827.

F. X. Card. Castillioneus Praef.

Loco ✠ Sigilli

Fr. Alexander Angelicus Bardani Ord. Præd.
Sac. Congr. Secretarius.

Die 24. *Septembris* 1827. *supradictum Decretum affixum, et publicatum fuit ad S. Mariae super Minervam, Basilicae Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, Curiae Innocentianae valvas, et in aliis locis solitis Urbis per me Aloysium Pitorri Apost. Curs.*

Joseph Cherubini Mag. Curs.

Romae ex Typographia Rev. Cam. Apost. 1827.

Die 2[illegible] Septembris [illegible] supradictum Decretum affixum, et publicatum fuit ad S. Mariae super Minervam, Basilicae Principis Apostolorum, Palatii S. Offi-cii, Curiae Innocentianae valvas, et in aliis locis solitis Urbis per me Aloysium Pitorri Apost. Curs.

Joseph Cherubini Mag. Curs.

Romae ex Typographia Rev. Cam. Apost. 1827